

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

De Centuplo in hac vita & in futura Pauperibus tribuendo. Cap. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

Luc. 18. Qui se humiliat exaltabitur. Hi vero sunt veri humiles, qui ex despiciencia sua, rebus terrenis carere volunt, & indigentiam ac penuria pro Christo sustinente magnum ducunt. Decet ut contemnentes temporalia, & non diligentes munera, sicutam mente liberti & expediti ad iudicandum vocentur. Hi autem sunt perfecti viri paupertatis amantes, qui utilitatibus huius saeculi affectu non adhaerunt, sed mente ad res coelestes appetendas euoluntur. Decet ut sapientes examinent ignorantes, & perfecti imperfeci discutiant. Qui vero paupertatem, quam proficitur, fervant, & virtutibus magnis ornant, sapientes sunt, quibus coelestia sapiunt, & terrena desipunt. Equeum est proinde, ut inter iudices sedes obtineant, & cum Christo ad iudicandum procedant. Hinc autem constat, iudices in extremo iudicio futuros esse pauciores, quia aliquis poterat cogitare. Si vero adhuc multi videntur, quia innumerabilis est multitudo religiosorum perfectorum (praeassertum si alii sancti essent iudicaturi, quod aliqui existimant) qui ista secum cogitat, sciat ad tantam multitudinem iudicandorum, iudices conuenienter numero esse admittendos. Sicut enim in curia regis Hispanie sunt quinquaginta senatorum perfecti, & siquiescant alij ex sanctis, assumendi sunt iudices, qui licet sint quamplurimi, tamen ad innumerablem multitudinem iudicandorum, tum fideliū, tum infelium, comparati, non tam multi apparebunt. Hoc ergo primum Euangelica paupertati delatum est, quod pauperes perfecti aliorum sint iudices. Certe primum mirabile, atque magnificum, ut ubi reges contremiscunt, ubi imperatores, & magnates huius saeculi erubescunt, ubi nobiles & diuitiae, & potestis non sine metu stat, expectantes sententiam abolutionis, aut damnationis sue, pauperes securi & alacres sedeant, & aduersus eos, quae despexerunt, sententiam ferant. Quis non stupet ad huius honoris considerationem. Quis non admiratur diuinam in pauperes & humiles liberalitatem? Quis non paupertate arcte fideliterq; custodiatur, ut Deo donatae, ad caram dignitate ascendat?

Decimopla in hac vita, & in futura pauperibus tribuenda.

C A P T U R A XIII.

Luc. 6.38

QVAM plena veritas est illa Salvatoris sententia. [Menstrum bonum, & confortans, & coagitatum, & supererfluentem dabunt, in finu vestrum.] Dat ille pauperibus mensuram bonam quia nihil ab eis gestum, aut propter perfectionem dimidium, sine iusto præmio relinquit. Dat mensuram confortans, quia magnitudinem præmij sui, quasi premet, atq; costringet, ut illud capiat angustia cordis humani. Dat mensuram coagitatum, quia præmio præmium, & mercede mercede adauget. Dat mensuram supererfluentem, quia multiplex præmium suum non in anima se cotinet, sed ad corpus quoq; descedit. Mensura bona pauperibus data & thesaurus illis paratus in celo. Quid enim iustus quam quod illi, qui propter Christum thesaurum in terra dimiserunt, thesaurum in celo recipiant. Mensura confortans, est iudicataria potestas, qua gentes iudicabunt, quæ profecto quasi coangustanda est, & premenda, ut pusilla mens hominis illam capiat. Mensura coagitata, & supererfluenta, est multiplicatio quasi eorum bonorum, quæ pauperes dimiserunt, in futura vita, & in hac vita reddenda. Nam haec bona coagitatur cum in immensum augentur, & supererfluent cum ab alia vita in hanc de-

A riuntur, & ab anima ad corpus veniunt. Adduxit Dominus religiosos ad terram bonam, & fructuum suauissimum feraceum, in qua à se relicta, aucta, & centuplum multiplicata reperiunt. Haec est conuersatio religiosa, ad quam illud Davidis potest aptari: Spiritus tuus bonus dederit me in terram rectam: proper nomen tuum Domine vivificabis me in exaltitate tua.] Verè, Domine, non deduxit me spiritus hominis in terram hanc, nam iste sibi relietus, potius foleret a tuo obsequio diueltere, & ad secularia trahere. Non deduxit me spiritus angelii, qui potest quidem bonum suadere, non tamen persuadere, nec voluntatem sine gratia tua ad bonum consensum inclinare. Sed deduxit me spiritus tuus, qui illæso manente libero arbitrio meo, in similibus & auxilijs suis potens est corda hominum conuertere quocumque voluerit. Spiritus autem iste tuus, spiritus sanctus est: nam id propheta ait: Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.] Spiritus vita est, cum scriptum sit: Spiritus vita erat in rotis.] Spiritus Domini mei est, & [requieceret super eum spiritus Domini.] Spiritus veritatis est, sub quo nomine fuit ante promissus: [Cum autem venierit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.] Sed hinc vocetur spiritus tuus bonus; quoniam haec vocatio, haec deductio mea opus est infinita bonitatis, omnia alia comprehendens. Spiritus bonus, & sanctus tuus vocavit me, quia ad sanctitatem vocavit. Spiritus bonus, & vita, excitauit me, quoniam à peccati inorte ad gratias vitam excitauit me. Spiritus bonus Domini deduxit me, quoniam ut fidelis essem seruus, adduxit. Spiritus bonus & verus erudit me, quoniam ad faltitatem odio habendam, & veritatem diligendam erudit. Hic spiritus tuus bonus, sanctus, viuus, & verus, eduxit me à terra, in qua eram, ad terram, ad quam nondum peruenieram.

Eram ego in hac lacrymarum valle, in terra, de qua scriptum est: Terra erat inanis, & vacua, vel, ut alius transtulit, inuisibilis, & incomposita. Non ne inanis, siquidem rebus suis numquam nos satiat? Non ne vacua, quandoquidem discessit ab ea bonitas, & veritas? Non ne inuisibilis, & obscura fallacijs, dolis & tehenis? In qua diligimus, sed propter lucrum, honoramus exterius, sed in corde contemnimur; laudamus presentes, & vituperis absentes afficiimus. Nonne incomposita, atq; deformis, peccatorum deformitate, & fuligine: quia non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra?] Nonne bonorum vacua est illa terra, cuius memoriam faciens Ieremias, ait: Asperxi terram, & ecce vacua erat, & nihil: & celos, & non erat lux in eis? Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile ecclie recessit.] Virtutum vacua est, nihil in ea reperitur, quod animo satisfaciat: aliorum rectores orbat luce, & sapientia ad regendum, & potentes, stabilitate & constatia priuati sunt. Inter multos homines vix unum inuenimus hominem, qui scilicet ratione, & non passione se gubernat. Inter multos sapientes vix unus sapiens, qui cogitatione ac desiderio ad coelestia se effterat. Ab hac misera terra euocasti me domine, & deduxisti me in terram rectam, in statum hunc rectitudinis, ad omnem virtutem exhortantem, omnem viam sanctitatis docentem. In terram rectam, quæ recta, & sine ullis ambagijs, redit in colum. In terram rectam, quæ tota imitatio quedam est iustitiae tuæ, quam homo factus, verbo & exemplo monstrasti. In terram rectam, quæ omnem obliquitatem vitiorum fugit, omnem curvitatem peccatorum auferatur, & eorum animorum, de quibus dictum est, [Recti diligunt te,] seruax est. In hac autem terra

Psal. 161.
11.

Psal. 50.
13.
Ezech. 1.
20.
Isaia 11.2.
Ioan. 16.
13.

Osea 4.1.

Iore. 4.23

Can. 1.3

Aug. ad
psal. 142.

recta constitutū propter nomen tuū viuificabis me. Quæ enim mea opera, inquit Augustinus, sine tuo adiutorio computantur? Vnde imperat̄ dignusq; essem deduci à spiritu tuo in terram rectā? Quæ opera mea, vel quæ merita mea? nisi quod propter te metipsum, & propter bonitatem tuā deduxisti me, ut gratia tua, & iustitia tua viuificares me? Deduxisti me in terram hanc, ut gratia viuificantum donis tuis cumulares, & centuplū pro his, quæ tui caula in terra non recta reliqueram, redderes. Deduxisti me, ut mensurā bonam, & conferram, centuplū adiunctione in cœlis mili parata, coagitarim faceres, & ad hanc vitam redundantem, etiam supereffluentem efficeres.

Matt. 19.
28.

Iam ergo tertium hoc præmium pauperibus promissū explicemus. Promissus est illis thesaurus, [veniente quæ habes,] & habebis thesaurum in cœlo: ecce primum præmium. Promissa est illis iudicaria potestas: [sedebitis super thronos:] ecce secundum præmium. Promissum est illis centuplū eorū, quæ dimiserant. Nam [omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxori, aut filios, aut agros, propter nomē meū, centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit.] O magnifica, & Deo digna promissionem, o coagitatam, & supereffluentem mensuram, qua Dominus accepta persoluit! O largitatem incōparabilem, qua Deus prius temporalia dedit, & postea pro téporalibus dimisit eadem temporalia centuplicata restituit, & exerna temporalibus adiicit! Sed iam quod qualeque sit hoc centuplū vestigemus.

Rom. 9.
18.

Dabitur pauperibus euangelicis centuplū in patria cœlesti, id est, gloria quædā singularis, quæ omnes res ab illis dimissas, & possibiles dimitti, in infinitū excedat. Dabitur illis Deus ipse, ut sit ipfis loco patris, & matris, & fratum, & sororum, & domorū, & agrorum, & reliquorum omnium, quæ Dei causa reliquerant. Qui cum quamlibet harum rerum, & vniuersas simul iunctas infinitè superet, centuplū, & infinites quædā centuplū illis confertur. Idq; indicant illa Pauli verba: Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis.] Et illa, quæ de imaginibus horum pauperum, id est, de sacerdotibus legis veteris scripta sunt. Non erit eis hæreditas, intellige in hoc seculo, lego hæritatis eorum, & possessionem non dabitis eis in Israël. lego enim possessio eorum. Dominus est pars hæreditatis eorū.] Funes cederunt illis in præclaris: etenim hæreditatis illorum præclara est illis. Cū autem Dominus sit omnium iustorum merces, quid singulari habent pauperes Deum possidentes, ut centuplū illis attributum dicatur? Certè quod in eo, & de eo, ac de omnibus bonis à se dimissis in infinitum gaudebunt. Sentient in eo amorem patris, dilectionem matris, benevolētiā fratum, tenetitudinem sororum, nec sit in dīmū amicorum, & loco diuīstā ab ipfis contemptarum abundantiam omnium honoris. Dicēntque, Parua, & nullius valoris ad breue tempus dimisimus, & infinita ad æternitatem nobis donata sunt. Et hunc sensum tangit Hieronymus dicēns: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione, & merito sui ita erunt, quæsi lū paruo numero ceteratus numerus comparetur. Hæc est mensura coagitata, quæ ita copiam meritorum excedit, ut excessum istū, nec lingua eloqui, nec mens cogitare sufficiat.

Psal. 15.6

Est etiam mensura supereffluens, quia hoc centuplū non solum in alia vita paratum pauperibus, sed & in hac vita tributum est: Nam Marcus ait: Nemo est, qui reliquerit domos, aut fratres (&c.) propter

A me, & propter Euangelium, qui non accipiat centes tantum, nunc in tempore hoc.] At quod est centuplū in hac vita redditum? Primo, est ipse Christus, quem pauperes possident, qui ille est instar omnium: & in eo patrem & matrem, & fratres, & sorores, & reliqua habent: fixta illud: Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.] Secundo, sunt omnia creata, quæ, vt Paulus ait, Diligentibus Deum] & illis principiū, qui in tantum diligunt, ut propter eum cuncta inclinat̄ [cooperantur in bonum.] Tertiū, centuplū est gaudium & spiritualis exultatio, quam de paupertate cōcipimus. Plus enim nos in penuria & indigentia, quam diuites in abundante gaudemus: & plus nos panis cibarius, & alimentum insipidum quam diuites summa, & cibi suaves, delectant. De quo hæc Cassianus. Habes ergo istam centuplū retributionem in magnitudine meriti, & in discrecio[n]e tam incomparabilis qualitatis expressam. Neq; enim si pro xix, aut ferri, aut vilioris cuiusquam metalli certo pondere, tantumdem ponderis, sed auti quispiam reddidisset, non etiam amplius quam centuplū restituisse videretur: ita cum pro contemptu voluptatum atq; affectuum terrenorum, spirituale gaudium, & preciosissimæ charitatis iocunditas repensatur, etiam si ipse sit numerus, centuplo tamen hæc maior atq; præclarior est. Et Bernardus. Centuplū, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit: illud enim, in via, hæc, in patria est. Immo hæc, patria; illud, vita. Illud consolatio præsentis laboris, hæc, futura felicitatis consummatio est. Ste nimurum & operatis huius facili solet cibus in opere, merces in fine dari. Si militatibus & stipendiis ministratur pro necessitate laboris, & nouissimè donatiū maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filii Israël donec tēra promissionis intrarent, in deserto manū non defuerit: & ab Ecclesia post questum regni cœlestis aduentū, quotidianus panis peitit in oratione, quam ipse Saluator instituit. Habes hanc duplēcē promissionem, & in propheta euidenter expressam, vbi ait: Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet eos in via mirabili: ipsa est enim via testimoniū Domini, in qua propheta aliis sicut in omnibus diuitijs delectatum sibi testatur. Et post pauca:

C An non centuplū habet omnia, qui impletus spiritu Sancto, qui Christū habet in pectore? Nisi quod lōgē plus quam centuplū est visitatio paracleti spiritus & præsentiæ Christi. Quæ magna, inquit, multitudo dulcedinis tuae Domine, quæ abscondisti timetibus te, perfecisti eis, qui sperat in te.] Vide quomodo memoriā abundantia lauata huius eructet anima sancta, quomodo exprimere gestiā verba multiplicet. Quæ magna, inquit, multitudo. Hoc ergo centuplū adoptio filiorum est, libertas & primitiæ spiritus, delicia Charitatis, gloria conscientia, regnum Dei, quod intra nos est. nō viri; esca, vel potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu S. in to. Gaudium, sicut non modū in spe gloria, sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis, quem voluit Christus vehementer accendi. Hæc virtus ex alto, quæ Andrew fecit amplecti crucem; Laurentium, ridere carnificem; Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hæc illa pax, quam suis reliquit Christus, quando dedit & suam. Siquidem, donum & pax est electis Dei: pax viri; præfantis, & donum future. Et Petrus Damiani: Quid est centuplū istud nisi consolationes, visitationesque, & primitiæ spiritus, qui super mel dulcis est, nisi testimonij conscientia nostræ, nisi lata & incundissima expectatio iustorum, nisi memoria abutantia suanitatis.

Matt. 12.
49.
Rom. 8.
26.Cassian.
coll. 14.
c. 16.Bern. de
clamat.
sup. ecce
nosvelta.
17.3ap. 10.
17.Psal. 10.
20.Marc. 10.
29.

Gregor. hom. 18. in Eze. chiel. Mat. 15. ag.
stauratus Dei, & magna vere misericordia dulcedinis eius, quam nec expertis nec sic est dicere, nincinisperis ullis verbis exprimere quisquam potest? Quarto, centuplum est vita spiritualis perfectio, quae pauperibus Evangelicis datur. Nam si sua ex desiderio perfectionis relinquent, a Deo misericorditer iunantur, ut desideria sua impluant, & perfectionem, quam optabant, obtineant. Merito autem perfectio centuplum appellatur, quoniam minimus perfectionis gradus non centes, sed quasi infinites omnes temporales excedit. Et de hoc centuplo, inquit Gregorius, Denarius numerus per semetipsum multiplicatus in centenarium surgit. Unde recte per centenarium magna perfectio designatur, sicut de electis dicitur: Omnis, qui relinquit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.] Neque enim sanctus quisq[ue] ideo terrena deserit, ut haec posidere in hoc mundo multiplicius possit, quia quisquis terreno studio terra relinquit, terra non relinquit, sed appetit. Nec qui viam vxorem deserit, centum receptarum est, sed per centenarium numerum perfectionem designatur. Quia quisquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, ut fama ea non appetat, que contemnit, & in sequenti seculo ad aeternam vitam gloriam perueniat. Centes itaq[ue] recipit, quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens, terrenis non indigeret, etiam si haec non habeat.

Cassian. col. 24. c. 26.
Quinto tandem centuplum terum, quas dimisimus, sunt ipsamet res plusquam centuplicata, quae pauperibus tribuuntur. Quod quomodo fiat, pulcherrime Cassianus & Euthymius exponunt. Cassianus sic ait: Centupla namque fratum parentium recipiet quantitatem, quisquis patris unus, vel matris, seu filii, pro Christi nomine, charitate contempsa, omnium, que Christo deferunt, delegationem sincerissimam transit, pro uno scilicet tot inuenientis partes fratresque feruentio ac praefantiore sibi affectione deuinctos. Multiplicata eriam domorum atque agrorum possessione ditabitur, quisquis una domo pro Christi dilectione reiecit, innumera monasteriorum habitacula tamquam propria possidebit, in quamcumque orbis parte velut in sua domus iure succedens. Quomodo enim non centuplum, & si Domini nostri sententiae superadieci aliquid fas est, plusquam centuplum recipit, qui decem vel viginti seruorum ministeria infida & coactitia derelinquens, tot ingeniorum ac nobilium spontaneo fulcitur obsequio? Quod ita esse etiam vestris experimentis probare potuisti, qui singulis patribus, matribusque ac dominibus derelictis, qualibet mundi partem fueritis ingressi, patres, matres fratresque, innumerous domos quoque & agros seruosque fideliissimos, absque ullo sollicitudinis labore conqueritis, quivos ut proprios dominos summis suscipiunt, amplectuntur, souentur, venerantur officiis. Euthymius vero sic: Sed quomodo varie multiplicatam accipiet quis hanc retributionem? in praesenti seculo? Quomodo? sicut acceperunt Apostoli, & Martyres, ceterique omnes iusti. Vide enim quod omnium fidelium dominus sibi habebat apertas: fratres eti, & sorores parauerunt, omnes sanctos, & sanctas: patres vero omnes iustos colentes, ipsorumque cuta habentes ac erga ipsos compassionis affectu tactos: nam haec sunt propria patris; matres quoque omnes pari modo se habentes: vxores vero omnes ministrantes, subseruentes, ac curantes eos: haec siquidem vxoris sunt opera: filios praterea omnes discipulos: Ad

A hec omnes fidelium agros in sua potestate habebant: quodque omnium est maxime admirabile, omnia haec habebant cum persecutionibus, prout addidit Marcus, hoc est, a fidei iniunctis persecutionem sustinentes. Haec ille. Attinet autem maximè quod Marcus addidit: Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, & cetera, qui non accipiat centes tantum in tempore hoc cum persecutionibus, quod sine præjudicio aliquo intellectum a patribus lignatorum, sive ego intelligerem, ut etiam hoc additamente magnitudinem & veritatem huius centupli Dominus vellet ostendere. Et sic sensus: Persecutio, & afflictio, solet gaudium & notitiam boni posselli minuere, & oculum considerationis humanæ, ne sua æstima bona turbaret. At hoc centuplum, quod ego datus sum, bona propter me dimittentibus, tam verum & solidum, & magnum est, ut ipsi inter persecutiones positi, se centuplum eorum, quæ dimiserunt, percipiente cognoscant.
B O igitur diues, & beata paupertas qua tantum & tam multiplex præmium expectas! Relinqui vilissimum obolum in terra (nil enim habet amplius ad celestia collata omnis terrena substantia) & recipis thesauros in celo. Das vnum, quod si non dedisses, post paululum amissis, & restituentur tibi centes tantum qua numquam amitteres. Modico præcio celestia emis, & breui labore aeterna luceratis. Euacuasti cor ut Christus ipse illud occuparet, & velut rex magnus, & profulus in dabo illud suis donis impletet. Abieclisti creatura, non ita ut ipsis careres, sed ne te heræ tibi dominarentur, sed magis ut auxiliæ futurient. Abieclisti non ut de eorum absentia tristareris, sed ut curis & sollicitudinibus exonerata gaudeceres. Libellum repudij desiderio descendendi obtulisti, utramcum per seculum sponsum duceres, & sanctitate fecueris. Nuntium remisi tibi vni patri, & innumerari insurrexerunt affectu paterno tua curantes: vni aut duobus fratibus, & innumerabiles astiterunt, qui te fideliissimorum fratrum affectu diligenter, vni domo, aut agro, & omnia bona temporalia hoc onus subierunt, ut tibi in necessitatibus prouideret. Verissime enim scripsit Bernardus: Non astinent pauperes, quoniam audiunt, vestiū est regnum celorum, se sola possidere celestia, quia ea sola audiunt in promissione, possident & terrena, & quidem tamquam nihil habentes, sed omnia possidentes. Non mendicantes ut miceri, sed ut domini possidentes, eo pro certo magis domini, quo minus cupidi. Denique fidelis homini totus mundus diuitiarum est. Totus plane, quia tamen aduersa quam prospera ipsius, & quem feriunt ei, & cooperatur in bonum.] Quod si o paupertas felix, tibi est latre non nihil abiectionis in hac vita adiungitur, non te pudeat, quia in futuro seculo honor verissimus afferetur. Ibi potestes humani seculi, stabunt, tu sedebis, illi pauebunt, tu lataberis, illi absolutionis, aut damnationis sententia expectabunt, tu eam, quasi afflitis Domini pronuntias. Iudicent illi in hoc mundo, pro suo arbitratu omnia disponant, te tuosque cultores irideant, atque cōtemnant, quia post modicum est manus eorum flagello potestatis crepto, coram te tamquam rei constitutent, & non suam voluntatem, sed Domini compleat videbunt, & irratores sanctorum ridebantur. Sat scio haec tibi sufficiunt, quia sapiens es, & oculos splendidos habes, quibus futura consideres, sed tanta dignitas tua nequamquam in futuro seruatur, immo & non contencens honor in hoc seculo tibi conferatur. Illi enim ipsi, qui se de diuitiis factant, te feliciorum existimant, quam sortem & severitatem tranquilliorum cogitant, & tuis precibus le suaque cor-

Bern.
serm. 21.
Cant.

mendant. Tu ab illis in temporalibus subleuaris, illi à te in spiritualibus pendent, tibi famulantur, tibi amore Dei suas administrant facultates, & si sapiunt ex eo quod gratis sua recipias, sibi à te præstitum magnum beneficium putant. Non ergo solùm in vita futura sed & in præsenti præmium honoris habes, quod omnes diuites huius sæculi suis laboribus mercari non possunt.

Et quidem mense Iulio primo proximo huius anni millesimi sexcentesimi decimi, in quo ista scribimus, facta est à Domino in hac vrbe Limensi mirabilis quadam præmia paupertatis ostensio. Tertio enim iduam ciudem mensis defunctus est in conuentu minorum Fratet Franciscus Solanus sexagenarius, sacerdos & concionator in australi Hispania parte, que Bætica dicitur, in Castro Montella natus, vix sanctitatem conspicuus, & dignus Seraphici Francisci filius. Is quadraginta annis, & eo amplius vitam religiosam professus est, in qua nō segniter se gesit, sed viam spiritus mira velocitate cœcurrit. Erat humillimus, magnus contempnor sui, honorum & dignitatum irriter, supra modum patiens, mansuetus, obediens, & ultra quam dici potest, castus & purus. Igne fraternalis charitatis ardebat, agrotolique frequenter visitabat, & suauissimis verbis consolabatur: Zelo domus Domini & desiderio salutis animarum vrebatur, cuius conciones secundum sapientiam huius seculi parum composite & minus eloquentes, auditores vehementer à vitiis retrahebant, & ad bonam frugem invitabant. Diligebat secretum ac secum commorari, nisi gloria Dei aliud depiceret, rebus omnibus præponebat, ibique assiduis precibus & diuinorum contemplatione vacans, non raro extaes & raptus patiebatur. Hisque epulis assuerit sap & noctes insomnes in suppedaneo summi altaris apud Dominum in eucharistia delitescens traducebat, & manu lyram parvulam pulans, & ore psalmos canens, & corde cœlestia delibans pernoctabat. Cùm autē has diuitias verissimas posse fidei, non multū si paupertatis amator esset, & omnem penuriam, propter Christum, ac indigeniam diligenter, cùi adeo fuit addictus ut pauperissimo habitu, & tunica contentus, vix necessaria imbecillo latiss & infirmo corpusculo sustineret accipere, cui eriam hostis factus, seu (vt melius dicam) fidelissimus amicus effectus, maluit ipsum affligendo, & vigiliis, ieuniis, & omni genere asperitatum affligendo diligere, quam pusillanimitate founendo, & molliter tractando, perdere. Et vt finiam (quia eius gesta, & miracula nonnulla quae narrantur, mihiq; comperta non sunt, minimē narrare constitui) vita ipsius non aliud extitit, quam sanctissima quædam & utrissima actio, aut feruentissima, & cœlestibus consolationibus & illustrationibus referruntur oratio.

Die igitur proximè sequenti dormitionis eius, in quo corpus terræ mandatum fuit, talis occursum, & concussum vitorum, ad seminarum, ad eius exequias celebrandas confitit, quem in hoc regno (si bene memini) ego numquam videram. Omnes tum maiores, tum mingres non invitati, non vocati, venerant (quis enim ad funus pauperculi cuiusdam omnem ciuitatem vocare?) nū quid iam fama defunctionis eius percreuerat, & multi ad eum, ut sanctum visitandum, & pedes eius osculandos, properauerant. Accurserunt quoque cuncte religiosæ familiae, & ex qualibet earū non sex, aut octo (vt moris est) sed quāplurimi religiosi, credo nutu Dei, non solū ut funebria pro dignitate fierent, sed ut tali spectaculo corda multorum (quod factum est) ad deſiderium vita perfectioris accenderentur. Accurri &

ego cùm iā eos pus huīus viri venerabilis ad Ecclesiā efferebatur, & dum vix præ multitudine, & quodam fratre minori præente, eoq; commoditatē ingrediendi procurante ad funus intrarem, factor, spectaculi nouitate motus obstupui. Nā Dominus Ioannes Mendozus Luna, princeps clarissimus, Marchio de Mōtes claros, huiusq; amplissimū regni protex, & Dominus Doctor Bartholomaeus Lupas a Guerrero Archiepiscopus Limensis, & totius huīus regni Peruenis Metropolita, primi feretur pauperculi deferebant, deinde post illos religionū prælati, & alij viri litteris & autoritate celebres, quibus me licet in dignum adiunxi. Statimq; mihi interius se obtulit illud Davidis: Nimis honorati sunt amici tui Deus: Et item illud: Sic honorabitur, quemcumq; voluerit rex honorare. Tandem nō sine magna hominum virtusq; sexus pressura ad Ecclesiam peruenimus, fereturū depositum, & potuimus anima pure habitaculum sacco cooperatum aſpicere. Manus, & pedes venerabilis illius corporis deuotè osculatus sū, quāsq; partes non inueni rigidas, sed molles atque tractabiles, nō frigidas, sed moderatè calidas, vt non tā cadauer, quod pridie anima deseruerat, quam hominem quiescentem, & tranquillè dormientem viderer attingere. Multi corpus circundabamus, non tristes sed lati, non animam eius Domino commendantes, de qua sp̄itus in vnoquoq; dicebat, quia requietuerat in sinu Domini à laboris suis, sed Deum ipsum in sanctis suis mirabilem laudibus efferentes. Nullus ibi teter odor, nullus cadaveris horror, nullū corruptionis signum sentiebatur, sed mentis serenitas, cordis suauitas & quāl ex societate eius mira tranquilitas. Clarissimus Prorex dum officia diuina celebrari ceperunt, pulvinum folij sui ex ferico aurōq; contextū defuncti capiti supponi iussit, & pulvinar sacceum cui capitū incumbebat, loco aurei, & sericei in solio præcepit apponi, & sic toto tempore diuinorum officiorum manut. Iudicavit ille (vt credo, & vt verum est) se facco illo multo magis, quam auro & leuico regiam portestate ostentare, qui dū serico incubuit. Prorex mortalis principis, ut vētō sacrum honorauit, princeps pulcherrimus, & Christianissimus, & Christi seruus ac feruori eius venerans apparuit. Tandem officio funebri conceione ex tempore habita, & missarum solemnia peractis ad sepelendum corpus conuenientius; & vix illud ad locum sepultura destinatum (quod tamen prope erat subtus gradus summi altaris) deferre valuimus, turbis nos impeditibus, & cōpimentibus, & huc illucque iactantibus, vt pedes defuncti oscularentur, vt rosarii & linteis tangerent, & vt particulam aliquam facci eius quo humabatur, abscederent. At Proregis satellicio adiuti vicimus, & paulo post meridiem illius diei Beato Bonauenturæ sacro venerabile corpus serui Dei, arca lignea inclusum terrena mā datum est. Eadem autem nocte iussu Proregis effusum fuit, vt piector quidam diligens ad eius umilitudinem effigiem exprimeret, ex cuius ore accepi, defunctum dormientem similem, & quasi suauis odore perfusum fuisse repertum. Anima eius (vt p̄ credimus) apud Dominum magna gloria perfruit, corpus apud suos cum honore seruat, & bonam ac laudabilem memoriam eius (vt speramus) numquā vorax tempus exedet.

Quis in hac historia tam recenti, & ante oculos nostros gesta cumulata paupertatis mercedem non videat? Quis ineffabilia præmia contemptus (sæculi, & vita perfecta non animaduertat? Nam si ex his quæ Deo inspirante & hanc nobilissimam ciuitatem mouē, facta sunt, præmiū huīus pauperculi

littere

Pf. 132.
17.
Eßter. 6.
9.

licet colligere, possidet ille thesaurum in cœlo, quem proceres huius saeculi magnos terræ thesauros possidentes ita suspiciunt. Index est ipse ex his qui cum Christo iudicaturi sunt mundum, quem in extremo die iudices, & potentes mundi, gratum habere procurant. Centuplum datum est illi in patria celesti, cuius sacram despiciem tam frequens populus non ab alio (vt creditur) quam à Deo motus ita veneratur, & colit. Centuplum quoque nobis videntibus in hoc mundo recepit, qui quod reges & imperatores vix obtinent, vt principum, & episcoporum humeris ad sepulchrum deferantur, solo Deo corda prædicatorū & clarissimorum virorum tangentē; & nulla humana persuasione interueniente consecutus est. Sed iam in fine huius historiae tum saeculares, tum religiosos alloquamur, vt ea aliquem frumentum decerpant. Illi Hieronymum audient, vitam cuiusdam pauperis euangelici, nemp̄ Pauli eremita, ita laudantem: Liber in fine opusculi eos interrogare qui sua patrimonia ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui uno filo villarum insunt praedita, huic seni nudo quid vñquam defuit? Vos gemma bibitis, ille natura concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne vilissimum quidem indumentum habuit mancipij vestri. Sed è contrario illi quidem pauperculo paradisi paret, vos auratos ge henna fulciet, ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit, vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidisti. Franciscus hic vilissimo puluere cooperitus iacet resurrecturus in gloriam: vos operosa laxi sepulera premunt cū vestris opibus astros. Parcite, quæso, vobis parcite: fatem diuitias quas amat. Cur & mortuos vestros auratis obuoluit vestibus? Cur ambitio inter luctus lacrymāq; nō cessat? An cadavera diuitiæ, nīsi in fetico putreficeret nesciunt? Religiōsū vero, qui vt spirituales viri ab alio moneti non indigent, se ipsos moneant, & præmia sibi parata animaduertant. Hæc merces tam ampla, tamque magnifica, quæ ex sancta morte huius fratris eluet, non statu nudo, sed statu religioso operibus sanctis commendato, promissa est. Si eam appetunt, si ad eam peruenire gesint, contemptū lasculi, humilitatē, spiritū orationis, obedientiā, animarum zelū, paupertatē, & erga D̄um charitatem imitantur. Statum perfectionis habent, & ad perfectionem non proferat, non præmium, sed p̄enam meretur. Humilitatem, & paupertatem, & elongationem à seculo profiteri, & ex alia parte primas sedes ac dignitates ambire, indigentiam & penuriam, vt peltē auctorari, & in res saeculares incumbere, non laudem sed vituperationem, & infamiam expectat. Merces vitam mercede dignam exigit; præmium, conuersationem sanctam qua merceditur apta, requirit. Relinquamus ergo corde iam seculum, quod statu reliquimus; paupertatis experientia, scilicet nuditatem & penitiam rerum, amemus. Obedientiam & humilitatem, & reliquias virtutes queramus, vt quod cupimus obtineamus, & triplici præmio pauperum coronemur.

De Mediis ad assequendam Paupertatem.

CAPUT XIV.

Non religiosus, & sua salutis audius, qui hac, quæ diximus, secum meditatus est, desiderium ingens (vt opinor) paupertatis seruanda concepit, & si in ea ha-ctenus minus circumspetè se gesit, sanctum pudorem sua negligenter & tepiditatem acquisivit. Optat iam ipse ad mentem redire, & pro amore Dei, ac pro tam ineffabili præmio sibi pro-

A posito yorum à se emissum grauiter obseruare. Cooperemur ergo desiderii eius, & aliqua media illi ponamus, quibus ipse cooperabitur gratia Dei, & ad paupertatem habendam iuuabitur.

Sed ergo vis & religiose vir in te spiritum paupertatis promouere, rebus tibi ad vñsum concessis nequam ut propriis viratis. Ille viritur rebus ac si essent propria, ac si dominium earum haberet, qui nimio affectu illas cupit, & possidet, qui eas à prelato non ut per modum elemosynæ datas, sed ut debitas accipit; qui ipsas sine obtenta facultate dat alteri, aut commoda licet sint exigua: qui tandem sine vñla cura conuersationis & diuturnitatis vestium, & librorum, & similium, in vñsum assumit. Hunc itaque vñsum hominis proprietarij cauebis, si res tibi ad vñsum administratas, affectu gratitudinis & humilitatis, ut pauperem decet, de manu prelati & ministrorum acceperis, si absque facultate superioris, nemini dederis, nec commodaaueris; si curiosè & diligenter eas ne insumantur, quantum fieri possit, aut deterantur, seruaueris. Sed illud præcipuum est, ne huiusmodi res nimio erga eas affectu possideantur, sed cum quadam sancta libertate, & quasi cum contemptu ipsarum nostris vñibus applicentur. Idque monuit Paulus dicens: Fratres, tempus breve est, reliquum est ut qui habent vxores, tamquam non habentes sint, & qui flent, tamquam non flentes, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non possidentes, & qui vñtuntur hoc mundo, tamquam non vñtuntur.] Nihil enim est uti hoc mundo, as si eo non vñcremur, nīsi res ipsius sine immoderato amore, & sine affectu minus ordinato præsumere. Quem sensum indicavit Augustinus ad Bonifacium scribens: Ipse, inquit, Dominus te exaudiet, ut interiores & innibilites hostes, id est, ipsas cupiditates innibiliter, & spiritualiter, vincas, & sic viratis hoc mundo tamquam non vñtis, ut ex bonis eius bona facias, non malus fias.] Profectò in rebus paupertatis (vtiam monimus) non tam rerum vñus, quām affectus erga res confidératus est, illęq; est paupertate perfectior, qui quamvis pluribus vñtatis, ad illas tamen minus afficitur. Quod ex gesit magni doctoris Ecclesiæ Gregorij potest agnoscī, cuius liberalitatem quidam monachus, cleemofynaque cognoscens, & suam paupertatem sancti Pontificis misericordia preferens, sc̄que ad eundem cum illo gradum gloria peruenturū, ingemisens, voce diuina est vehementer increpitus, dicente sibi: Quando diuitem non possessio facit diuitiarum, sed cupido, cur aedes paupertatem tuam Gregorij diuitiis comparare? qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando, nullique conferendo, diligere comprobaris, quam ille, qui tantas diuitias non amo, sed contemndo, cunctisque liberaliter largiendo, dispergit? Simile exemplum de sancto Balilio narratur, & in vñre que perficitur, Euangelicam paupertatem non tam in opere quam in affectu, & rerum temporalium contemptu, confistere. Ita ergo res huius lasculi habent nitaris, sicut statua quadam, quæ si ab aliquo vestibus operiarur, vestes non amat; nec etiam sensum misericordia concepit, si vestibus spolietur. Sic perfecti pauperes res accipiunt ad vñsum, quia aliter fieri non potest, tam sine affectu, & adhæsione ad illas, ac si non acciperent, & rebus carent, & indigentiam sustinent, ac si rebus non indigerent.

Si ad aliquam rem immoderatè affici senseris, ut ad cellam, ad mensam, ad librum, aut aliiquid huiusmodi, cura te ipsum vincere, & illud (si fieri possit) omnino relinquere, aut si non possit, quia pe-

1. Cor. 7.
29.30.31

Aug. epist.
ad Bonif.

Ioan. dia-
con. lib. 2.
vita Gre-
gor. c. 60.